LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 178v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

temere concurrentibus fieri putabimus: Et quod sile uentatis in fic
to: cum summum & excellens artificium nihil aliud nisi umbram
& extrema corporis lineamenta possit imitari: Num potuit humana
solertia dare opi suo aut motū aliquem aut sensum: Omitto usū ui
dendi. audiendi. odorandi. ceterorumq; membrorum vel apparentiū
vel latentium mirabiles utilitates: Quis artifex potuit aut cor homīis
aut vocem. aut ipsam sapientiam fabricare. Quisq; ne igitur sanus exis
timat q; homo ratione & consilio facere non possit id concursu atomorū
passim coherentiū fieri potuisse: Videlicet in que deliramenta inciderint
dum nolunt affectionem cuiusq; rerum deo dare. Concedamus tū
his ut ex atomis fiant: que terrena sunt: Num & celestia. Deos aiunt
incorruptos eternos beatos esse: Solisq; dant immortalitatem: ne cōcur
su atomorum concreti esse uideantur: Si h. deos quoq; ex illis constitu
isse & dissipabiles fierent seibus alū resolutis atq; in naturam suam reū
tentibus: Ergo si est aliquid quod atomi non effecerint: cur nō ceteri
eodem mō intelligamus. Sed quero antēq; mundum primordia ipsa
generarent: cur sibi dij habitaculū non edificauerint. uidelicet nisi
atomi cossent celumq; fecissent. ad huc dij p medium mane pendēt.
quo igitur consilio. qua ratione de confuso acerno se atomi congrega
uerint. ut ex alys inferus terre conglobarentur: celum desup tende
retur tanta siderum varietate distinctum: ut nihil uniq; excogitari
possit ornatius. Tanta ergo qui uidet & talia pōt existimare nihil nullo
effecta consilio. nulla prouidentia. nulla ratione diuina: sed ex minis
subtilibus & exiguis concreta esse tanta miracula. nonne prodigio sile
est aut natum esse hominem: qui hec diceret. aut extitisse qui crederet
ut democritum. qui auditor eius fuit. aut epicurū in quem tantus
omnis de leucippi fonte profluxit: At h. sicut alij dicunt: natura mū
dus effectus est: que sensu & figura caret. Hoc vero multo est absurdi
us: Si natura mundum effecit. consilio & ratione effecerit. nēce est:
Si h. facit aliquid: qui aut voluntatem faciendi habet. aut sciam: Si caret
sensu ac figura: quō pōt ab ea fieri quod & sensum habeat & figuram: Ni
si forte quis arbitretur animal illū fabricam tam subtilem a non sentiente
formari. animariq; potuisse aut istam celi speciem tam prouidenter ad
utilitates prouidentium viuentium tantam nescio quo casu sine con
ditore sine artifice subito extitisse. Si quid est inquit crisippus quod
efficiat ea que homo licet ratione sit predius facere non possit. id profec
to est maius & fortius & sapientius homine. Non aut non pōt facere